

Inst. de test. ordinar. n. 1. tradunt Mynsing. & Scheneidevvin. nu. 5. & accuratius Enenkel. d. lib. 1. c. 14. n. 2. & seq. Sed positos ordinem, & solemnitate militis assumendi veterem plane in de iustitiam abijisse: inde tamen haud consequitur, nostri temporis milites privilegij veterum militum non gaudere. Sicut enim pleraque consuetudines, antiquitas observatae, temporis successu mutantur, & vna subsequitur aliam; nec tamen propterea negotia ipsa per istam mutationem abusu remouentur, sed omnino permanent: ita quoque licet consuetudo deligendorum militum vetus (sublata esset: cum tamen milites nostrates habeant suas solemnitates non minus, quam veteres olim habuerunt, quae in locum observantiae antiquae successerunt: vti que ipsorum militum usus merito remansit: adeoque in effectu nihil hodie nostri milites a praefcis Romanorum militibus differre creduntur. Mynsing. d. resp. 46. nu. 1. D. Bocer. d. lib. 1. de bell. cap. 28. num. 8.

20 Praeterea hic addendum: milites & limitaneos (qui nimirum in hostium finitimis locis ad repentinas illorum incurfiones in tenti sunt). 2. §. pro limitaneis 8. C. de offic. praefci praetorio Africae. l. vlt. C. de off. milit. iudic. & praefciarios siue stationarios, (qui ad tuendam prouinciae alicuius quietem aluntur. l. 1. §. quies quoque popularium 12. ff. de offic. praefci vrbis) privilegij militum merito quoque gaudere, ita vt iure militari, omittis iuris solemnibus, testari possint. Siue enim solemnitate deligendi milites spectentur, siue causa, ob quam ceteris armatis militibus privilegia tributa sunt, considerentur: parum discriminis inter hos, & ceteros armatos milites esse deprehenditur. Quandoquidem milites tum limitanei, tum stationarij, seu praefciarij quando assumuntur: certi ipsi militares articuli proponuntur: sacramentum militare praestant, quod ad arma, contra irruptionem, & impetum hostis expedienda, semper parati esse, & malum hostile manu militari, etiam cum vite periculo, arcere & profigere velint: pro salute Reip. in perpetua velut expeditione occupati esse putantur: absq; venia sui Capitanei a limite, & statione sua impune discedere non possunt: & deniq; disciplina militari reguntur, paenique militaribus coercentur. l. 3. §. qui stationis, ff. de re militari. ideoque & privilegij vtuntur, arg. l. secundum naturam 10. ff. de reg. iur. Et cum studium ac exercitium armorum causa sit, cur simplicitate, & iuris ignorantia laborare milites dicantur d. l. vlt. in princ. C. de iur. de liber. d. l. 1. C. de iur. & fac. ignor. l. regula. 9. §. si filius familias. ff. eo. atque ipsa simplicitas, & iuris ignorantia efficiat, vt milites iuris communis vinculis exempti censentur, & quo cunque modo voluerint, & poterint, testamenta facere queant. d. l. 1. ff. de test. milit. d. l. 3. C. eo. & d. princ. Instit. de militari testam. immerito sane milites limitanei, stationarij, & similit. qui oppidi, arcis, lociue cuiuscunque custodiendi, aut Principis, Senatus, Magistratus publici, stipendi causa aluntur, a privilegij ceterorum militum repelluntur. Vbi si siquidem eadem est ratio, bideem quoque ius statuendum est. l. illud quaesitum 32. ff. ad l. Aquil. l. quaesitum. 9. §. nummularius, ff. de e. l. ed. l. a Titio 108. ff. de verb. obligat.

Huic conclusioni nihil decerpit, quod istiusmodi milites extra periculum belli verentur. Quoniam ex haecenus dictis elucescit, non propter belli pericula, sed propter nimiam iuris ignorantiam & simplicitatem, siue imperitiam, ex iusta armorum occupatione procedentem, militibus solemnia iuris remissa esse. Arma & quippe magis, quam iura scire milites dignoscuntur. d. l. vlt. in princ. C. de iure deliber. Similiter nihil mouet, quod obijcitur: illos peritiores consulere, & plures testes adhibere testamento posse. Hoc si etenim facere possent, si armorum studio, cui se manciparunt, & sacramento militari, quo obstricti tenentur, non impedirentur. Atque ita (vt cunque oganniant contrarium Viglius in d. principio, versic. illis autem temporibus, num. 2. Gal. d. lib. 2. obseru. 18. num. 13.) post alios sentiunt. D. Bocer. d. lib. 1. de bello. c. 28. numer. 11. & 12. D. Enenkel. d. lib. 1. de privileg. milit. c. 5. num. 1. cum seqq. Conanus, lib. 9. Comment. iur. ciu. c. 5. num. 9. Heigius ad d. principium, num. 6. Instit. de milit. test. Mynsing. d. resp. 46. nu. 11. Hilliger. in Donello enucleat. lib. 6. c. 28. lit. R, Nicol. Reufa. in tract. de test. part. 5. c. 4. nu. 16. cum seqq. & Andr. Gerhard. disp. 1. r. de test. milit. th. 21. & seq.

24 Sed & illud hic addendum: equites & milites veros esse milites, privilegijque militum dignos, quatenus officium suum

diligenter faciunt, & quae sacramento sponderunt, sedulo exequentur, aut exequi parati sunt, quemadmodum multis de- fendit D. Enenkel. d. l. 1. c. 6. Ceterum si ex praedictis colligere promptum est: quod non solum Martiales illi stipendiarij, qui iniusto aliquo bello exorto, propter nummos castra sequuntur, privilegij militaribus neutiquam fruuntur, vt ex auctoritate Politi tradidit D. Bocer. d. c. 28. n. 6. verum etiam ociofi isti milites, qui in pagis, atque vicis vagantur & grassantur, rustico- rumque anseres, & gallinas furantur, ab iisdem privilegij penitus remoueantur. De quibus in Imperio Romano non tolerandis extat Receptus Imperij a Carolo V. Augustae in Comitij 26 promulgatus, Anno 1555. Vnde in simili scite dicitur: quod Scholaris vagabundus, qui animum in studijs non attendit, nec librum cum lumine sumit, non debeat gaudere privilegij Scholarii, quantumuis in album, vel matriculam vniuersitatis receptus sit, arg. l. scriuarios 16. C. de test. milit. Bal. in auth. habita. C. ne filius pro patre, & c. num. 2. vbi ait, illos esse proprie Scholares, qui facti, & animo sunt Scholares, id est, qui student, & non vagantur, referente Paulo Berens d. disp. 6. them. 2. q. 2. in finem.

27 Denique si hic addendum est, Clericos, Doctores, Aduocatos, Affectores, & similes (quos vulgo togatos, siue inermes milites vocant) nec milites proprie dici, nec privilegia militum eis recte tribui. Potillima namque ratio, ob quam cum armatis militibus dispensatur, est iuris imperitia & simplicitas, ex militari exercitio causata. d. principio, Instit. de milit. testa. d. l. 1. ff. de test. milit. & d. l. 3. C. eo. cum concordantib. Quae ratio si cum in Doctoribus, Aduocatis, & ceteris, quibus ius ignorare turpe est, quique petitores consulere facile possunt. l. 2. §. Seruius 43. ff. de orig. iur. locum sibi non vindicet: consequens est, eos militari privilegio in testamento conficiendis, minime gaudere. Et hanc sententiam, communiter approbatam, sequuntur Alexand. Soc. Rip. Alciat. las. & alij in d. l. centurio 15. ff. de vulg. & pupil. substit. Cyn. & Salic. in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Fernan. Vasq. in tract. de success. creat. §. 24. nu. 23. Si char. in rubr. C. de test. milit. num. 7. Viglius ad d. princ. Instit. de milit. test. nu. 12. D. Enenkel. d. lib. 1. de privileg. milit. c. 7. Rolandin. in tract. de test. p. 1. rubr. 26. num. 2. D. Bocer. d. lib. 1. de bello. c. 28. nu. 4. & 5. Donel. lib. 6. comm. de iur. ciu. c. 28. pag. 105. Arumaeus Exercit. iustit. 7. th. 9. & Paulus Berens d. disp. 6. th. 2. q. 4. Hanc opin. non turbat, quod si clerici, Doctores, & Aduocati, tanquam digniores & sanctiores, praferantur militibus armatis, qui plerumq; sunt impij, perfidi, immanes & auari iuxta illud Lucani lib. 10. de bel. ciu.

Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur: Venalesq; manus: ibi fas, vbi maxima merces.

Quamuis enim digniores sint milites togati, quam armati: aliunde tamen praemium petere debent, non in eo, quod ipsis relaxetur testandi solemnitas, quae ipsi parum utilis esset, arg. §. plane. 1. Instit. de milit. test. & l. diuus. 24. ff. de test. milit. Vasq. d. loco. Deinde non valet consequetia: In aliquo sum te dignior. Ergo debeo habere privilegia tibi concessa: quia possent esse concessa alia ratione, quam sub dignitatis consideratione. Ita si 30 masculus sine omni dubitatione dignior est femina: non tamen statim iisdem, quibus femina, privilegij gaudet, docente Nicolao Intrigliolo de substit. centur. 2. q. 89. nu. 38. idque latius explicuimus in d. princ. Instit. de milit. test. n. 18. & seqq. Et si porro causa principalis, & praecipua militaris privilegij circa testamenta est ipsorum militum simplicitas, ac imperitia, vt aliquoties supra est indicatum: attamen non protinus inde concludendum est, quod si iuris imperiti, in milita arma stipendium merentes, iure militari testari non possint. Nam omnes omnino milites, siueque etiam periti iuris armis, haud priuatis negocijs occupati & distracti tenentur: siueque arma magis, quam iura, scire praesumuntur. d. l. vlt. in princ. de iur. deliber. aut saltem 32 obliu legum, si quas olim sciuerunt, existimantur. Silent si quippe leges inter arma, vt vulgo dicitur. Quo facit, quod de Caio Mario recitat Val. Max. lib. 5. c. 2. qui Marius cum in bello contra Cymbros gesto, quosdam Camertium cohortes ciuitate donasset, & reprehensus a quibusdam, quod contra leges Patriae fecisset, praclare respondit: se inter armorum strepitus & classicorum cantus, legum vocem exaudire non potuisse. Quae de re videantur Viglius ad principium tit. Instit. de milit. test. n. 8. & Reufa. d. tract. de test. part. 5. c. 6. n. 6. & seqq. Harprec. Hodie.

g Hodie, testamentum militis tam patris, quam filij, subiacet querela. Quod iure nouissimo si militare testamentum subiacet querele inofficij, Doct. communiter concludunt, Bartol. in Auth. ex causa. C. de liber. praeterit. & in l. filio praeterito. 17. nu. 22. ff. de iniust. rupt. irr. fact. testam. Couar. alios allegans, in c. quid nos. 9. ext. de test. Grassus lib. 1. recept. sentent. §. testament. quest. 7. num. 3. & quest. 45. n. 2. Heigius ad princ. tit. Instit. de militari testam. nu. 9. & in §. 1. nu. 4. Instit. de inoffic. testa. Quam conclusionem licet & Clarus noster sequatur hic nu. 4. in fin. & infra quaest. 40. num. 6. & alij locis ab eo hic notatis: attamen contrarium non sine ratione defendit Lud. Rom. & Iason in l. sicut. 9. C. de test. milit. Viglius in §. sed si in expeditione. 6. Instit. de exharedat. liber. nu. 4. Vasq. lib. 3. de bello. cap. 21. nu. 6. ed. 2. D. Enenkel. lib. 2. de privileg. milit. priuil. 16. num. 8. Fachineus lib. 6. controuerf. iur. c. 74. Paul. Bufius ad l. 1. ff. de testam. milit. Henon. disp. 9. controuerf. 5. Arumaeus Exercit. Iustit. 10. th. 13. & Paulus Berens disp. 7. ad Instit. them. 2. q. 3. Hu- 34 iusque contrarij si dogmatis fundamentum in eo est positum: quod Iustinianus in Nouell. 115. c. 3. (cuius generalitate dissentientes praecipue nituntur) de ijs dumtaxat loquitur personis, quas citra ingratitude causam exharedare non licet. Quare de militum liberis intelligi nequit: quos citra vllam causam a

patre exharedari potuisse constat ex l. de inoffic. 9. l. testamentum 24. & l. vlt. C. de inoffic. testam. Et certe si de militum quoque testamentis Nouellam istam intelligi voluisset Imperator, proculdubio more suo id verbis disertis expressisset. At in tota Nouell. nullum est verbum de militari testamento: nullum verbum, quod veteres leges sint sublate, vel correcte, quibus constitutum erat, vt militis testamentum querele non subiceret. Ergo adhuc vigere censentur, argum. vulgatae l. sancimus. 27. C. de testam. & l. praecipimus. 32. §. vltim. C. de appellat. Nec quicquam obstat, quod in d. Nou. 115. c. 4. in princ. additur, etiam non licere patres suos exharedare, vel praeterire in rebus proprijs, de quibus habent testandi licentiam, hoc est, in rebus castrensibus, vel quasi castrensibus: adeoque inde euinci posse videtur, istam Nouellam de militum etiam testamentis esse accipiendam: Nam responderetur, id procedere, cum filij familias iure communi testantur: secus, si in expeditione, vel castris occupati, iure militari testamentum faciant: quia tunc eorum voluntas, quoquo modo inuenta fuerit, rata erit, initio tit. Instit. de militari testam. Et si quamuis aequum putetur, vt a militibus liberi instituantur: durum tamen est, & leges corrigere veteres, cum posteriores id non expriment, & militum privilegia minuere, docente Viglio in d. §. sed si in expeditione. 6. nu. 4. in fin. Instit. de exhared. liberor. Harprec.

Q V A E S T I O XVI. S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Militem posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum: idque quomodo intelligendum sit: & nu. 2. 3. & 4. Ex Additionibus.
1 Cur nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere queat.
2 Haereditas representat personam defuncti.
3 Cuius rei respectu quis non possit pro parte testatus, pro parte intestatus decedere.
4 Nemo cauere potest, ne suo in testamento leges valeant.

A D D I T I O N E S.

1 Licet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus, & c. Cur si nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere possit. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. §. haereditas. 5. vers. neque n. idem, & c. Instit. de haeredib. instit. ratio haec addenda est: quia 2 si haereditas representat personam defuncti, initio tit. Instit. de stipulat. feruor. l. non minus. 31. in fi. ff. de haeredib. instit. ac proinde vti defuncti persona nullo dierio iure censetur: sic etiam haereditas eundem representare debet, non diuerso genere successione, sed vno, argum. l. eum, qui 230. in princ. ff. de vsurpar. & vsucap. Dn. Obrecht disput. 20. th. 321. 3 Ac si sane non solum respectu substantiae seu bonorum. d. §. haereditas. 5. Instit. de haeredib. instit. l. penul. §. 2. ff. de castrens. pecul. l. quoniam. 9. §. si duo. 13. l. si alterius 10. & l. si ita quis. 74. ff. de haeredib. instit. sed etiam ratione temporis, nemo regulariter pro parte testatus, pro parte intestatus decedere Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

Q V A E S T. XVI.



Abest etiam milites hoc privilegium quod a licet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.

distinguendum est, an sint in loco hostili, vel ne. Nam si non sunt in loco hostili, non possunt testari, nisi iure communi: si vero sunt in loco hostili, possunt condere testamentum eo modo, & forma, quo possunt milites. Ita dicit glossa in l. scriuarios, in gloss. fin. C. de testam. milit. quae in hoc est communiter approbata, vt dicit Paris. conf. 32. num. 26. lib. 2.

hoc est, in rebus castrensibus, vel quasi castrensibus: adeoque inde euinci posse videtur, istam Nouellam de militum etiam testamentis esse accipiendam: Nam responderetur, id procedere, cum filij familias iure communi testantur: secus, si in expeditione, vel castris occupati, iure militari testamentum faciant: quia tunc eorum voluntas, quoquo modo inuenta fuerit, rata erit, initio tit. Instit. de militari testam. Et si quamuis aequum putetur, vt a militibus liberi instituantur: durum tamen est, & leges corrigere veteres, cum posteriores id non expriment, & militum privilegia minuere, docente Viglio in d. §. sed si in expeditione. 6. nu. 4. in fin. Instit. de exhared. liberor. Harprec.

- 5 Sententia l. nam etsi parentibus 15. in fin. & l. circa inofficij 24. in fin. de inoffic. testam.
6 Haeres scriptus in omnibus defuncti succedere, vel vniuersum repudiare debet.
7 Consideratio l. sed si plures. 10. §. interrogato. 6. ff. de vulg. & pupil. substit.
8 An & quatenus miles possit pro parte testatus decedere pro parte intestatus remissive.
9 Et quid miles in dubio potius iure communi, quam militari testari voluisse praesumatur.
10 Voluntas notitiam praesupponit.
11 Miles ius commune ignorat.
12 Explicatur l. in testamento. 6. C. de testam. milit.

potest. §. haeres. 9. Instit. d. tit. & l. haereditas. 34. ff. cod. vsque adeo quidem, vt licet testator scripserit, se pro parte vel bonorum, vel temporis testatum pro alia parte intestatum decedere velle; haeres scriptus nihilominus, detracta certae portione, temporis mentione, vniuersorum bonorum statim ab illius morte successor existat, atque ad dies vitae haeres maneat. Siquidem 4 nemo cauere potest, ne suo in testamento leges locum obtineant. l. nemo. 55. ff. de legat. 1. Neque regulae isti aduersantur. l. nam etsi praesentibus. 15. in fin. & l. circa inoff. 24. in fi. ff. de inoffic. test. vbi nec Papinianus, nec Vlpianus pro absurdo habent que pro parte testatum videri. Aliud. n. est, quem decedere pro parte testatum, pro parte intestatum: & aliud, per querele inofficij, que pro parte testatum, esse de quo casu vtraque lex ista loquitur. Illud namq; ab initio fit, vt diserte interpretatur Tryphonius in d. l. pen. §. 2. ver. quia miles ab initio. ff. de castrens. pecul. hoc vero ex interuallo, & quide per alij, qua testatorem, vel haeridem scriptum. Quare illud regula iuris non permittit: quia

quia vitium est, vel testatoris, qui de parte duntaxat bonorum testatus est, vel ipsius heredis scripti, qui hereditatem pro parte repudiare conatur: cum in omne defuncti ius succedere, aut vniuersum repudiare debeat. l. haeres. 37. ff. de acq. vel omitt. h. red. l. 1. 2. & 3. ff. de bonor. posses. Hoc autem, videlicet quempiam per querelem inofficium intestatum pro parte effici, propter rei iudicatum auctoritatem inductum est: atque idcirco iuri non repugnat: praesertim, cum praeter officium pietatis nihil in testatore desiderari possit, quippe qui testamentum recte fecit. l. 2. ff. de inoffic. testam. Et qui hoc modo pro parte intestatus efficitur, is licet reuera ab initio in totum testatus decessit: per accidens tamen, siue ex post facto, hoc est, post mortem testatoris, pro parte intestatus decessisse videtur. l. mater de dec. es. 19. ff. d. tit.

7 Sic quoque non refragatur l. sed si plures. 10. §. in arrogato. 6. ff. de vulg. & pupill. substit. vbi is, qui filio arrogato, ante pubertatem mortuo, pupillariter substitutus est, in ijs saltem bonis succedit, quae filius beneficio arrogatoris nactus est: reliqua pupillaria bona hereditatis legitime deferuntur. Nam ne hoc quidem casu arrogator partim testatus, partim intestatus decessit: quia bona ista pupillaria diuersa sunt ab ijs bonis, quae ab arrogatore prouenerunt. Illa quippe arrogatori non cesserunt ob cautionem, quam praestare tenetur eum in casum, si intra pubertatem pupillus decesserit. §. cum autem impubes. 3. Instit. de adoptionib. Ideoque de his, ut pote alienis, nec testari arrogator potuit. Sed vide Giphanium, Decium, Cagnolam, & Philippum Matthaeum in d. l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur. Harpre.

b Aliquando enim miles, &c. An, & quatenus miles possit pro parte testatus decessere, pro parte intestatus, multis etiam post alios a se citatos, declarat Michael Grassius lib. 1. recept. sent. §. test. q. 8. & generosus Dn Enekel li. 2. de priu. milit. priu. 16. num. 5. 1. & seq. Illud non vsquequaque expeditum est: equid in miles in dubio potius iure communi, quam militari testari voluisset censetur? Et licet affirmatiua communibus DD. suffragijs opinio recepta sit, ut notant Alexand. conf. 12. num. 21. vol. 3. Socin. iun. conf. 128. num.

229. vol. 1. Sichard. ad l. 1. num. 6. C. de testam. milit. Mascard. in tract. de probationib. vol. 2. concl. 1058. num. 3. & Grassius d. §. test. quae. 9. versic. secundus casus est, &c. negatiuum tamen tanquam de iure veritate, defendit Fernand. Vasquius in tract. de successio. creat. lib. 3. §. 24. n. 41. cum seqq. & eum referens D. Bocet. lib. 1. de bello. cap. 221. num. 4. & seq. Etenim quod quis ignorat, id velle non praesumitur: quoniam notitiam & intelligentiam voluntas praesupponit. l. mater de decens. 19. vers. nec. n. quae ex testamento. ff. de inoffic. testam. l. de atate. 11. §. ex causa. 8. ff. de interrogat. actio. l. si cum te. 5. ff. de pact. l. in repudiata. 23. & l. Clodius. 97. ff. de acq. vel omitt. haered. l. vlti. §. haered. l. vlt. §. fin autem ne scius. 2. C. de furt. & l. in vnquam. 8. C. de reuocand. donat. Atqui miles ignorat ius civile commune, initio tit. Instit. de milit. testam. l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. l. fin. §. 1. C. de iur. delib. l. quamquam. 3. C. de test. milit. Ergo non praesumitur miles testari velle iure communi: sed creditur velle testari iure militari. l. si miles. 6. ibi, creditum, & l. si duob. 37. ibi, videbitur. ff. cod. tit.

12 Nec hanc sententiam frangit text. in testa. 6. in fin. illis verbis: sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit. C. de test. milit. Illic n. Imp. Alex. non requirit, ut probet Valentinus, frater suum hoc sensisse, quod iure militari testari voluerit: sed postulat, ut probet quoddam militis testatoris factum, nimirum quid ab ipso milite fratre in fin. etiam casu expresso vel copioso verborum, instituta haereditaria sit substitutus. Miles quoniam institutus hereditate simpliciter substituit: non praesumitur, quod in secundum quoque casu substituerit. Hoc etenim quoddam factum est, quod non praesumitur. In secundum namque casu sit substitutio hoc modo: Si Titia haeres erit, & intra 25. etatis annu decesserit, Seius haeres esto. Vel ita sub copendio verborum: Titia haeres esto, & quando-cumq; ea moriatur, Seius haeres esto. Hoc modo substituisse testatoris, est quoddam factum, & hoc factum substituentis probare debet. l. precibus. 8. ibi, manifestus exprimeret debueras. C. de impuber. & alijs substit. D. Bocet. d. cap. 22. num. 5. & seq. vbi, & alijs argumentis, quae huic assertioni opponi solent, satisfacit. Harpre.

QVÆSTIO XVII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Quae solemnitates in testamento caeci requirantur.
 - 2 Et quid si caecus velit inter liberos testari, nunquid duo testes sufficiant.
- Ex Additionibus.
- 1 Quae solemnitates in testamento caeci obseruentur. & nu. *i.
 - 2 Prima solemnitas est sola nuncupatio.
 - 3 In testamento scripto omnia possunt esse secreta.
 - 4 Secunda solemnitas est septem testium, & Notarij adhibito.
 - 5 Tertia solemnitas est, quod heredis institutio omnibus testame-

ADDITIONES.

In Testamento caeci.] Et caecus quis dicatur, & qualiter probetur, vide per Are. §. caecus, Institut. quibus non est permitt. facere testam. atque Paul. de Cast. conf. 359. in 1. dub. uol. 2. Item quod caeci testamentum, qua forma concipiatur, vide per Ruy. in consilio 18. libro secundo. Et an in eo operetur clausula codicillaris, vide per Iaf. cōf. 26. lib. 1. Et quod non sustineatur, non seruata forma, dicta l. hac consultissima, etiam si adfit clausula codicillaris, vide per Iaf. consil. 82. lib. 3. vbi idem etiam, si apparet de pœna in casu impugnati testamenti, & de permissione heredis. Giachar.

QVÆSTIO XVII.

Dicebatur etiam supra quæst. 3. aliud esse testamentum, caeci, aliud videns.

Nam in testamento caeci ultra numerum septem testium, & c.]

- 1 In caeci testamento peculiatis quaedam solemnitates, quas Iustinus Imperator praescripsit, obseruanda veniunt, l. hac consultissima. 8. C. qui testam. fac. poss. I. Solemnitas est: quod licet cuique liberum sit, ut vltimum suum elogium in scriptis, vel per nuncupationem promulget. §. finali. Institution. de Testamen. ordinand. l. hac consultissima. 21. C. de Testamentis. hic tamen sola nuncupatio admittatur. Cuius rei ratio est: tum quod cum testator testamento in scriptis se subscribere signare, & nomen heredis propria manu exprimeret debet. l. iudicemus. 29. C. eodem hoc cœcus facere non possit. Tum quod in Testamento in scriptis omnia possint esse secreta, dicta l. hac consultissima. 21. C. d. tit. hoc in praesenti casu, vbi caecus facile decipi, & aliud pro alio scribi, vel alia scheda subijci potest, non admittendum sit. Sichard. in dicta l. hac consultissima. 8. num. 2. ibique Gilkenius num. 3. C. qui testam. fac. poss. II. Solemnitas est: quod caecus necesse habet septem Testes, & vna cum his Tabellionem, aut loco eius alium quempiam litterarum peritum, sibi aduocare, & coram ijs, quam ob causam eos conuocari, palam educere, hoc est, testificari, se velle sine scriptis, cum litteras videri nequeat, saltem per nuncupationem vltimum elogium condere. d. l. 8. circa princip. C. eod. Tamen si hoc nonnulli Iustiniani constitutione, tanquam posteriore, sublatam esse censent. l. in testamentis 26. C. de testam. & Vigilii, & Heigius in §. caecus 4. Institut. qui non est permitt. face. testamen. & Salic. & Gilchenius num. 4. in d. l. hac consultissima. 8. C. qui testam. fac. poss. Alij vero, quamuis istam correctionem ad huc specialem casum non producant, testamentum tamen propter solemnitatem tam leuem omnifam, non vitari existimant, argum. l. 1. §. vltim. ff. de ventre inspiciend. Alexand. Castres. Iafon, Decius, & Siccardus num. 2. & 3. in dicta l. 8. C. qui testamen. face. poss.
- III. Solemnitas est: quod omnibus testamenti capitulis, puta legatis, & fideicommissis, heredis institutio, quae caput, & fundamentum est ipsius testamenti, praeponi debeat, argum. d. l. 8. ibi, quibus omnibus ex ordine peroratis, &c. item circa finem, ibi in praedictum modum ordinantib. &c. C. d. tit. ibique Bart. Iul. Clar. Sentent. Pract. Citul.

- ti capitulis praeponi debeat.
- 6 Ibi haec solemnitas improbat.
 - 7 Ommissio leuis alicuius solemnitatis dispositionem non vitiat.
 - 8 Transpositio verborum non labefactat Testamentum.
 - 9 In dubio ea accipienda interpretatio, quae actum in tuto collocat.
 - 10 Quarta solemnitas est nominis heredis, dignitatis eiusdem, & c. specialis expressio.
 - 11 Quinta solemnitas est diserta portiois relinquenda determinatio.
 - 12 Sexta solemnitas est Notarij accurata annotatio.
 - 13 Septima solemnitas est singulorum testium subscriptio, & consignatio.
 - 14 Vltima solemnitas est octauis testis praesentia, si Notarij haberi nequeat.
 - 15 Caecus sine praedictis solemnitatibus testari potest inter liberos.

num. 1. Cynus num. 5. Fulgos. nu. 5. Dec. num. 8. Alciat. in rubr. de verb. obligat. num. 22. & in suis paradox. cap. 16. lib. 5. nu. 4. Ceterum non defunt, qui autumant, testamentum caeci ex eo non infirmari, quod institutio heredis post legata, & fideicommissa sit facta: idque sequentibus rationibus. Tum quia ommissio leuis alicuius solemnitatis dispositionem vitare non solet, dict. l. 1. §. finali. ff. de ventr. insp. Tum quia forma istius subtilitas idcirco introducta, & excogitata est, ne aliquid falsi committatur. Atqui siue legata ante heredis institutionem, siue postea scribantur, nihil interesse videtur, ad hanc rationem quod attinet. Tum quia transpositionem verborum regulariter testamentum non labefactare certum est, l. Gallus 29. §. 1. ff. de liber. & posthum. haeredib. institut. l. cum in testamento. 37. §. 1. ff. de haeredibus instituendis, l. moribus, 2. §. sed si quis. 5. ff. de vulg. & pupill. substituit. Tum quia quoniam de interpretatione verborum est aliqua repugnancia, is sermo excipiendus est, qui actum in toto collocat. l. quotiens. 1. ff. de rebus dub. l. quotiens in stipulationibus. 80. ff. de verborum obligation. Tum denique per expressum textum in l. ambiguitates. 24. C. de testamento. quae scrupulosa huius rei obseruatio sublata videtur. Atque ita sentiunt Vigilii, & Mynsingner. numero tertio, in dicto §. caecus. 4. Institut. quibus non est permitt. facere testamentum. Baldus in dicta l. 8. numero decimo. C. qui testamentum facit, poss. Ibique Philippus Cornueus numero tertio. Castrensis numero quinto, Ludouicus Romanus numero nono. Alexander numero decimo. Sichardus, & Gilchenius numero nono, & sequentibus. IV. Solemnitas est: quod non modo heredis nomen, sed etiam vitæ genus, & dignitatem, aliasque notas, & indicia, ex quibus ille cognosci possit, specialiter caecus exprimere tenetur: ne ulla ambiguitas, aut dubitatio in persona heredis relinquatur, dicta l. hac consultissima. 8. ibi, ne sola hominum commemoratio, &c. C. dict. tit. Si tamen solius nominis expressio omnino careret dubitatione, ea sola sufficeret, ut post gloss. in dicta l. 8. in verb. indicia. notant Bartol. numero secundo. Bald. numero tertio, Castrensis. numero sexto, Salicet. num. 4. & Roman. num. 6. Simon de Praet. de interpretat. vltim. uolunt. libro 3. interpret. 1. dubit. 4. solut. 2. num. 1. Mantica. de coniect. vltim. uolunt. lib. 4. tit. 3. num. 9. cum seqq. & Mynsingner. in dicto §. caecus. 4. num. 2. in fin. Institut. quibus non est permitt. face. testamen. V. Solemnitas est: ut palam enunciet caecus, quid & quantum cuique tum haeredi, tum legatario, si plures sint, relinquere uelit. d. l. hac consultissima. 8. ibi, & ex quanta parte, &c. C. qui testamen. fac. poss. VI. Solemnitas est: ut singula tabellio, siue notarius uno, eodemque loco, ac tempore, in omnium conspectu, ac praesentia, ad eoque uno contextu (ut Vulgo dicitur) perscribat. dict. l. 8. ibi, uno, eodemque loco, & tempore, &c. C. eodem. VII. Solemnitas est: ut testes singuli propria manu subscribant, & una cum tabulario tabulas configent. dict. l. 6. ibi, & eorumdem testium manu subscri-